



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

VII. Die Ianvarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

Fortitudo.

ternectum, cum socios ad preces atque ad fortissimam extremam famis, frigoris, & mortis iam incubantis tolerantiam fuisset flagranter hortatus, & vnum breui post extinctum, ab

Idolis per Baptismum Christo lucrifecisset. Silentio, laborandi, & cum Christo semper aliquid patiendi desiderio fuit eximius.

Zelus fidei.

VII. DIE IANVARIJ.

I O A N N E S
C A R R E R A.Hispanus
7. Ian.

Ang. custor.

Mant.

HOc die, quo anno incertum, fit memoria eius mortis, qui Angelo suo custodi familiarissimus anno 1553. Burgis dubia sua & consilia omnia cum illo conferebat, & respondentem ad interrogata habebat in promptu, ab eodem ad orandum quotidie excitatus. Cum aliquando somno victus non statim surrexisset, Angeli consuetudine per dies aliquot veluti absentis caruit; sed multis ieiunijs ac precibus tandem ut rediret obtinuit, qui antelucani excitatoris apud Ioannem, & consultoris, ac Magistri vices iterum obiit, absentiae suae diuturnae causam, illam in surgendo negligentiam fuisse testatus.

P. P E T R V S
M A S C A R E N I A.Lusitanus
in Regno
Manadz
7. Ian. 1583.Fides propa-
gata.

HVnc hoc die veneno ab Ethnicis propinato internectum affirmat Index eorum, qui in Christi odium & vita sublari sunt. Salseranos pagos sexaginta sex primus excoluit. Apud Ternatenses templum condidit: apud Selebes Moluco vicinos, Sionium & Manadium Regulos, Regem item Sangium, Reginam, Proceres plures qua ibi, qua alibi, Christi vexillo subiecit. Ad necem quaestus a barbaris Euangelio infensus, per octo dies in

silva latuit, herbisque victitavit. Alias ab iisdem indagine cinctus, mirè tamen per montem se ac praerupta de- uoluens euasit. Aiunt illum, cum haud indiligenter quaereretur, ab ijs repertum, & visum: sed illi feram esse rati, non hominem quem indagabant, eum innoxium omisere, nec deest qui illos fugisse affirmet. Fœminam ab alui profuuiio, acerrimisque doloribus, adeoque à vitæ discrimine liberauit confestim ac Euangelium ritè super eam recitavit, oratione adiectâ. Virum biennio paralyticum, lectoque affixum eodem Euangelij ac orationis alexipharmaco perfanauit. Illud verò sibi longè tenerrimo fuisse solatio affirmavit, quòd cum è monte subiectum pagum non sine commiseratione (quippe à Dei veri cultu alienum) aspiceret, repente pueri vocem è valle sese efferentem audierit, dicentis: *In nomine Patris, & Filij. & Spiritus Sancti.* quâ voce ad agendum & patiendum summa omnia maxime exarsit, in loco illo horroris laudem SS. TRINITATIS perfici dulcissimè gratulatus.

Oratio.

SS. Trinitas.

A M B R O S I V S F E R -
N A N D E Z C O A D.

E milite ac mercatore Societatis religiosus factus in Sinis, demissione ac pietate omnibus charus fuit. Nunquam verbo minus amabili aut perturbato vllum alloqui est auditus.

Lusitanus
obiit in car-
cere Omurq
7. Ian. 1620.
ætat. 99.

B 3

Illis

FANPORTA.

Illis utebatur quæ alij suo vsu attriuerant: vnde per ipsos triginta annos nunquam nouum quicquam quo indueretur admisit; vino quoque ac bellarijs nunquam vsus, nisi id facere iuberetur. Hunc inter labores Euan-gelicos in Iaponia martyrium sicientem, & expectantem in carcere Iap-nico per annum & 21. dies tolerato, tandem frigore, fame, paralyfi, alijs-que ærumnis consumptum mors hodie occupauit. P. Carolus Spinola erumnarum socius ac laudator, de il-lius capillis decerptū quidpiam lipsa-nothecæ suæ ad priuatam veneratio-nem inclusit: & omnes qui vnâ cum eo in carcere luculentæ in igne mortis gloriæ oppetiebantur, de socio in cælestem libertatem siccâ morte as-ferto læti, & collachrymantes, præ-eunte Religioso quopiam viro, *Lau-date Dominum omnes gentes*, pro gra-tiarum actione cecinere.

P. IOANNES
FRANCISCI.

Belga Cor-
tracj 7. Ian.
1624. ætat.
71.

Res quotidie coronas Beatissimæ
Virginis recitabat. 1. pro defun-

VIII. DIE IANVARIII.

P. IOANNES
MANUEL.

Hispanus
Granata,
8. Ian. 1579.
ætatis 40.
Socijs.

Magnam Illustrissimi sanguinis
gloriam, & spes inde gliscentes,
non sine admiratione suorum
ac dolore, cum Societatis humilitate
coniunxit, fuitque vir inter socios pri-
mæ notæ quoad eminentiam virtutis,
doctrinæ, ac rectionis. A B. Borgia
Nouitijs instruendis præfectus, ibi, &
postea in gubernandis Collegijs, ma-

ctis. 2. pro perseverantia in Societate
Aiebat enim, auditam sibi tyroni ad
aures allapsam vocem huiusmodi: *Io-
annes, si in Societate perseveraueris salua-
bere. Sin tuâ culpâ ex ea dimissus fueris,
damnabere.* Quocirca in omnem æta-
tem enixè orabat Socios: Orate pro
me, ne excidam vocatione. Peccata
quotidianâ confessione eluebat; & vt
gratias referret Christo hospiti post
Sacrificium celebratum, tribus quo-
tidie alijs piè intererat. De peccatis
venialibus, quòd quotidiana essent,
anxius, sæpè sic suspirabat: Domine,
imponc mihi finem, qui finem nun-
quam impono! Si quid premeret, Do-
mine, aiebat, da hîc patientiam, &
postea indulgentiam. Celebrabat gra-
tus beneficentiam Dei Matris, eius
manu se aiebat vñdis ereptum, cum
puer in eas decidisset. Omnem locum
precibus idoneum inueniebat. Cubi-
culum in septem patientis Christi my-
steria & stationes diuidebat, easque
istic obibat. Vultus illi nunquam in
diuersa mutatus, quicquid accideret.
Litanijs è varijs DEIPARÆ laudibus
contextas quotidie recitabat. In mor-
te; Orate, aiebat iterum, pro me, ne
vocatione excidam.

Vitior.
Vocatio.

Conf. quotid.

Venialia
pecc.

Taculatoria.

Passio Christi
Cubiculum.

B. V.

gno Eliæ zelo ardens, nihil de Ange-
licâ modestiâ, nihil de paternâ suaui-
tate in se desiderari est passus. Torum
illi amoris, & lucubrationum thema
erat thesaurus in Christo crucifixo
nobis absconditus. Fama erat, illum
& absentia & cordium arcana intro-
spexisse non semel. Cum extremum
æger decumberet, dicentibus breui
melius valiturum, disertè respondit:
Nihil estote solliciti: per hæc natalis
Domini festa sentiam aliquid leua-
menti; sed breui post implebit desi-
derium

Crucif.

Mort.